





B734

.C37

1756

v.5

c.1

135937

2 2





1080042921



AÑO DE 1810.

Por EL SUMARIO COMUN DE VIVOS.

NOS DON PATRICIO MARTINEZ DE BUSTOS, ARCEDIANO DE TRASTAMARA, DIGNIDAD Y CANONICO de la Santa Metropolitana Iglesia de Santiago, Comisario Apostólico general de la Santa Cruzada &c. &c. &c.



Considerando que en las circunstancias en que se halla la Nacion es imposible que se execute la impresion de todos los Sumarios de la Santa Bula en la misma forma que se ha hecho en los años anteriores; y deseando que los fieles de estos Reynos é Islas adyacentes se aprovechen de las muchas y apreciables gracias espirituales y temporales que por dicha Santa Bula se les conceden; hemos decretado, en uso de nuestras facultades Apostólicas, que solo por el año de mil ochocientos diez sirva la presente en lugar del Sumario comun de Vivos (donde no le ha-  
za), y produzca los mismos efectos que produciria el impreso que anualmente se distribuia á los fieles. Por tan-  
to, y porque vos contribuyesteis con la limosna de tres reales de vellon, podeis disfrutar con toda seguridad de conciencia de las mismas gracias espirituales y temporales que comprehendia el Sumario impreso el año próximo pasado. Madrid primero de Mayo de mil ochocientos nueve.


*D. Patricio Martínez de Bustos*



262  
T.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON  
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA  
MICROFILMADO 15-59

AÑO DE 1810.



Por el Sumario comun de Vivos.

NOS DON PATRICIO MARTINEZ DE BUSTOS, ARCEDIANO DE TRASTAMARA, DIGNIDAD Y CANONICO de la Santa Metropolitana Iglesia de Santiago, Comisario Apostólico general de la Santa Cruzada &c. &c. &c.

Considerando que en las circunstancias en que se halla la Nacion es imposible que se execute la impresion de todos los Sumarios de la Santa Bula en la misma forma que se ha hecho en los años anteriores; y deseando que los fieles de estos Reynos é Islas adyacentes se aprovechen de las muchas y apreciables gracias espirituales y temporales que por dicha Santa Bula se les conceden; hemos decretado, en uso de nuestras facultades Apostólicas, que solo por el año de mil ochocientos diez sirva la presente en lugar del Sumario comun de Vivos (donde no le ha ya), y produzca los mismos efectos que produciria el impreso que anualmente se distribuia á los fieles. Por tanto, y porque vos contribuísteis con la limosna de tres reales vellon, podeis disfrutar con toda seguridad de conciencia de las mismas gracias espirituales y temporales que comprehendia el Sumario impreso el año próximo pasado. Madrid primero de Mayo de mil ochocientos nueve.

*Don D. Patricio Martínez de Bustos*



R. P. Fr.

ANTONII  
CASTEL,

E MINORUM ORDINE SANCTI FRANCISCI  
Regularis Observantiæ Provinciæ Aragoniæ, Lectoris  
Jubilati, Cæsar-Augustanæ Universitatis Doctoris,  
& Conventûs Sancti Francisci Civitatis  
Jaccensis Guardiani:

BREVIS EXPOSITIO  
AD QUATUOR  
PETRI LOMBARDI,

PARISIENSIS EPISCOPI, ET SENTENTIARUM MAGISTRI  
LIBROS, SEDULO AC LEPIDE CONCINNATA.

Adhæc Parergon de Sacrosancto œcumenico ac Generali Tri-  
dentino Concilio accuratissimo locupletata.

TOMUS QUINTUS.  
PARS POSTERIOR.

REVERENDISSIMO P. N. Fr. LUDOVICO DE LA TORRE,  
Jubilationis decore insignito, Supremi intemeratæ Fidei Subsellii  
Censori æquissimo, Regii Senatûs pro Sacro Immaculatæ candore  
Theologo primicerio, Philippi V. Potentissimi Hispaniarum Regis,  
primarii Ordinis Magnati, Totius Ordinis Fratrum Minorum  
Amplissimo Generali Ministro, ac Pauperum Patriarchæ  
Successori undequaque Legitimo.

MATRITI: Ex Officina Viduam Josepho de Orga, in via de los  
Bordadores. Anno M.DCCLVI.

38264



R. R. H. H.  
**ANTONII**  
**CASTELI**  
 & MINORUM ORDINE SANCTI FRANCISCI  
 Regularis Observantiae Provinciae Aragoniae, Castellae  
 & Conventus Sancti Francisci Civitatis  
 Jacentis Guardiani  
**BREVIS EXPOSITIO**  
**AD QUATUOR**  
**PETRI LOMBARDI**



UNIVERSITATIS SALAMANTINAE  
 BIBLIOTECA PUBLICA  
 DEL ESTADO DE LEON

135937

**REVER. ME PATER.**



ELERI volatu, rectoque tramite, ad Tuæ P. Reverendissimæ Subsellium, in quo supra Franciscanæ Celsitudinis fastigium sedes, evolat liber iste faustissimus. Si enim, teste Plutarcho, *Linea recta priores fuerunt curvis*, in qq. Platonic. q. 4. non superest, cur obliquitatis navo suggillentur nostræ elucubrationis lineamenta, si ad Te, quamprimum in Generalatus vertice sublimem, ritè & rectè directæ fore videantur. Recta sunt, quæ percelleri imperturbato motu ad summæ elevationis Axim, quem dignissimè, Solis instar, tuto calcas pede, feliciter pertingunt, nullo unquam remoratura obstaculo. Allicit ex æquo ut properet autoritas insimul & comitas, illa venerabilis, hæc amabilis; & nescio utra efficacior ad movendum & trahendum? Ista, meherculè, quâ sic uteris, illâ salvâ, ut in omnium animos Te insinues, & gratiâ impetres, quod nec imperio alius eripiat.

Addidisse lubet quod de Magno Pompeio memorat præcitatæ Plutarchus: *Ab ineunte, inquit, ætate aspectum ipsum habuisse non mediocriter amori, & gratiâ accomodatam, & qui vocem ipsam anteiret.* Ita hæc Personæ dignitas & morum venustas omnium pectora conciliavit: ita virtus & Religio Confodales omnes in Tui traxit desiderium, ut nulla occurreret conferenda dignitas, in quam non cuperent eferri, ut liberius ex alto conspiceret, & suspicere possent, quem omni honore judicabant Superiorem. Quamobrem factum est, ut ad omnes doctrinæ & gloriæ gradus ultrò adscitus sis, & Te ipsa munera expeterent, non Tu illa. Omnium verticem superasti dignitatum stipatus meritis, virtutibus cataphractus. Salmantinum Lycæum advoco in testem, ubi omnium Doctorum plausum iteratis litterariis exercitiis promeruisti. Ad Cathedram intra Religionis valvas citissimè assumptus, optimos quosque illius gravissimæ Provinciæ litterarum fecundissimæ Parentis, tum verbi divini Præcones, tum Sacræ Theologiæ Professores, altero Philosophiæ, pluribus Theologiæ Cursum, procreasti.

Neminem præterire constat, pro excipiendis Ordinis Secretis, Te penitus invito susceptum, nam aliò Te fortiter vocabat & Zelus ani-



marum, & innata animi quietudo à negotiis prorsus aliena. Acquie-  
visti tamen Superiorum jussis. Quâ dexteritate id officium non semel  
expleveris, quo Religionis ingenti emolumento, cunctis innotescit.  
Assumptus dehinc in percelebris, ac omnium calamis declamata D.  
Jacobi Provinciâ, Supremam Præposituram, mirè undequaque vir-  
tutis ac doctrinæ radiis effulsisti. Non hîc hæsit Seraphica Religio,  
ulteriori ornamento decoravit, dùm Matrîti, congregatis Patribus  
pro eligendo Vice-Commisario Generali, Te præ aliis præfecit. Ca-  
tholica item Majestas Caroli II. pro Generali Regio Congressu Præsi-  
dem dignissimum constituit. Postremò in Generalibus Comitibus Ro-  
mæ anno 1700. celebratis, potiori & nobiliori Seraphici cætus parte  
suffragante ad primi Ministerii Culmen evehctus. Et quidem valdè  
commendat hæc secunda provectio de primâ promotione à Patribus  
habitum consilium: quippè, si prius Tibi præmium debitum undequa-  
quæ non foret, neutiquam ad supremæ dignitatis sceptrum suffragia  
extulissent. Idipsum de Viro clarissimo promebat Theodoricus apud  
Cassiodorum: *Quid enim de priori senserimus premio, secunda dignita-  
tis declaramus augmento.* 1. Vari. 12. Cunctorum demum honorum  
attulit coronamentum præcellus Monarcha noster Philippus V. dum  
die 9. Aprilis Reverendissimam P. Tuam in Supremæ Classis Hispaniæ  
Procerem plausibiliter evehit.

Virgam, velut alter Moyses, manu gestas, non ut percutias, tan-  
tùm ut superioritate loquaris: *Loquimini ad petram.* Numer. 20. 8.  
Prius loqueris, nunquam percussurus. Nec otiosè Virgam manu te-  
nes, quæ vim coercitivam, & justitiæ rectitudinem portendit. Dùm  
Virgam ostendis, & dulcia promis eloquia, quantumvis faxea, quan-  
tumvis ferrea edomabis pectora, videnturque in obedientiæ rivulos  
scatentia. Timorem sibi vendicat Virga, sed dulce genium in iæus  
neutiquam proclive, amorem progignit. Ita sane procedis; ita ani-  
morum Magnes in Te omnes omnino concilias.

Quid tandem de tuâ singulari Legum nostrarum peritiâ differere  
valeam? nullius notitia præterit mentem Tuam capacissimam. Dicere  
ausum, sine veritatis dispendio, Te ita Sanctiones omnes perfectè  
calluisse, ut queas nuncupari: *Animata lex, vivum jus Seraphicum,*  
optimum in Superiori expetitur ornamentum; quo utique maturas re-  
solutions ab aliis non extorqueat, prout politicus dicitabat Tacitus:  
*No vim principatus resolves, cuncta ad Senatam referendo; solus Ar-  
biter rerum jure ac nomine.* Quippè enervatur maximè & relaxatur  
authoritas, dùm Præfectus Consiliorum indigus, alienum semper am-  
bire cogitur, legum incitja laborans. Ipse Arbiter jure ac nomine

CUN-

cunctis debet præferri Consiliariis. Hoc pacto cumulatè implebit Tua  
Reverendissima P. divinum Moyfi propalatum consilium: *Quidquid  
autem majus fuerit, referant ad Te, & ipsi minora tantummodo judicent.*  
Minora Minoribus data sunt extricare negotia: Majora Tibi debentur  
pro Religionis regimine arcana consilia. Hinc tota Seraphicæ Reli-  
gionis felicitas ominanda, tanto ac tam solerti Pastore in Orientis sæ-  
culi primordiis auspiciatissime decoratæ.

Rem omni animadversione dignissimam in Franciscano Sodalitio  
contemplemur. Retroacta sæcula recole, & observa, pro faustissimis  
nostri Ordinis Centuriis primos Generales Ministros è plausibili D.  
Jacobi Provinciâ feliciter assumptos. Lubeat tantùm in medium, pro-  
ferre pro sæculo decimo sexto, æquè faustis auspiciis vere aureo, Re-  
verendissimum Patrem Franciscum de Sofa, ejusdem gravissimæ  
Provinciæ Filium, qui Ordinis honores, autoritatemque strenuè ze-  
lavit, & anno 1600. Seraphicæ Familiæ Præfectus, Splendorum, ac  
felicitatum totius nupèr elapsi sæculi fons extitit & origo. Illuxit tan-  
dem annus 1700. quo Franciscani Sodalitii Summus eligendus erat  
Hierarcha; & in Te Patrum abiere suffragia, ut exorientis sæculi pri-  
mordia felicitarent, auream sanè ætatem auspiciaturi. Eidem Almæ  
Provinciæ grates rependere libet, quod Ordinis majori proventui  
maximè provida, Heroes progerneret Seraphicum Francisci Ordinem  
per sæculorum curricula valdè commendaturos.

Parentes Tuos, Avos, Atavos, & Gentilitia stemmata hic recen-  
sere luberet, si per Te liceret, neque Tua vetaret modestia, cui po-  
tius, quàm meo obsequendum erit affectui. At illud non permittam,  
ut Tua in Me fileam beneficia in plurimùm saltem expressa: inficiari  
quippè nequit mea in Te gratitudo ingentia in Me beneficentiæ ac be-  
nevolentia signa, non semel in Matrîtensi Conventu jampridem ex-  
hibita. Insuper & quæ Vice-Commisarius, imò & Minister Generalis  
creatus pleraque dedisti paternæ dilectionis argumenta. Accipe igitur  
P. Reverendissime hoc qualecunque Manusculum, si acuminis exi-  
guitate parvum, gratissima gestientis animi voluntate summum. Se-  
curitatem nanciscet tanti Meccenatis, patrocinio clypeatum. Vive,  
vale Reverendissime Pater ex Jaccensi tuo Franciscano Conventu.  
Idibus Junii anno 1701.

Reverendissimæ Paternitatis Tuæ  
Obsequentissimus Filius

Fr. Antonius Castel.

CEN-



GENSURA, ET APPROBATIO ERUDITISSIMI D. D.

Fr. Thomæ Placidi de Sarassa, utriusque juris Casareï ac Pontificii conspicua Clamyde insigniti; Jacceusis Diœcesis Censoris ac Examinatoris Synodalis æquissimi; Regalis & Magnifici Monasterii Sancti Joannis de la Peña semel & iterum Primi ac Magni Moderatoris Claustralis dignissimi; Omniumque Ecclesiarum ipsius cura & potestati commissarum Vicarii Generalis observatissimi; Totius Benedictini Claustralis Cesar-Augustani ac Tarraconensis Nobilissimi, & Religiosissimi Cœtus vigilantissimi Visitatoris Generalis; & Antiquissima ac Famigerata Villa de Luesia Prioris de jure meritissimi, &c.

EX injuncto mihi, licet impari, munere ab Illustrissimo D. D. Laurentio Armengual del Pino, Archi-Præfulatus Cesar-Augustani Vicario Generali, & Suffraganeo Episcopo, attentâ, & quâ l cuit mente accuratâ Librum pervolvimus, cui titulus: *Brevis Expositio ad Quatuor Petri Lombardi, Parisensis Episcopi, & Sententiarum Magistri Libros, sedulo ac lepide concinnata à R. Adm. P. Fr. Antonio Castel, è Minorum Ordine S. Francisci Regularis Observantia, &c.* Et in eo foelicissimum Authoris ingenium, & eruditionem maximè commendatam cernimus. Elucet equidem non vulgare acumen, diligens studium, & mira ac insolita orationis concinnitas; non verborum leuciniis immodicè phalerata; sed stylo, nec adè involuto, ut obscurior; nec ita diffuso, ut legentis animum defatiget. Illud prius ab Illustrissimo D. D. Joanne de Caramuel festivè carpitur in Arpocrat. pag. 305. dicente:

*Delectu eximio voces reprobasque, probasque;  
Ut cultus videare, Scholæ Subtilissima, Janes;  
Ast nobis obscurusque, occultusque videris.*

Hoc autem posterius eruditus ac prudentibus jucundum ac pergratum est. Unde Horatius de Art. Poet.

*Quid quid precipies, esto brevis, ut citò dicta  
Recipiant animi dociles, teneantque fideles.*

Hanc viam fauste inivit Author in Expositione Magistri; ac propterea dignus, ut Sapientissimum audiat Euripidem: *O! Pueri istud sapientis est viri, paucis posse plurima verba complecti.* Et Manand. *Orationi brevi multum inest sapientia.* Brevis est hæc Expositio, si molem ac titulum libri respicias; maxima tamen, si perfectionem: Liber enim in quo nihil desideratur; & si corpore parvus, grandis ac magnus spiritu. Sunt

Sunt quædam, quæ ob id grata, quòd minuta, veluti gemmæ quædam & sculpturæ. Idem usu venit in Epistolis & Libris, qui non raro ipsa brevitate redduntur commendatiores. Lang. verb. brev. Scitè ac venustè nos docet Plato: *Nomina esse breves rerum diffinitiones.* Unde nescio quis: *Conveniunt rebus nomina sæpè suis:* Quo monito præventus, mentis oculos ad nomen Authoris subrigens, Platonis proloquium impræsentiarum verissimum reor. *Castel*, anagrammate puro, *Lac est.* Liber hic etenim, ita lacteus, & mellifluus apparet ob doctrinæ nitorem, & sermonis dulcedinem ac jucunditatem, quam legenti affert, ut etiam si nomen Authoris non præferret, ipsamet amenitas illum referret; ut dicere fas esset, quod de Apelle cecinit Caramuel in Log. Moral. tom. 1. pag. 658.

*Legitur sine nomine nomen.*

*Prodit, & Authorem linea quæque suum.*

Ita ut non incongruè de hoc Opere canere cum Ovidio possim, *Metamor. lib. 1.*

*Flumina jam lactis, jam flumina nectaris ibunt.*

*Flabæque de viridi stillabunt illice mella.*

Jovis, nato Hercule, dormienti conjugis suæ Junoni, eum supposuit, & exuto, ab eâ, lacte, infans divinitatis jura acquisivit. Unde Alciantus emblem. 131.

*Nec prius esse Deus poterat, quàm sugeret infans*

*Lac, sibi quod fraudis nescia, Juno dedit.*

Non ergò jam per fraudem ut Juno, sed maximâ liberalitate Castel noster, lac doctrinæ & sapientiæ suæ Academico tyrociniò affluenter propinat; & quam sine fictione didicit, sine invidiâ communicat, ut hoc dulci pabulo refecti studiosi, generosiores spiritus resumentes, scandere suggestum aspirent, & ad Cathedras & Præbendas in litterario Oppositionis agone faciliter, & feliciter subire valeant. Propterea, censeo, Opus hoc toti scientiarum Orbi utilissimum fore. Nihil in eo non eruditum deprehendo: Nihil, quod ab Orthodoxæ fidei nostræ puritate deviet: Nihil, quod bonis moribus obujet; neque Constitutioni SS. Pii Papæ IV. prohibenti Glossas, Commentaria, & Interpretationes ad Sacrosancti Concilii Tridentini decreta adhiberi. Parergon etenim, sive appendix, quam Author ad calcem Expositionis elimat; nullam prædictorum Commentariorum speciem continere videtur, sed tantammodò genuinum litteræ sensum brevissimè enucleat, absque ullâ interpretatione; remissivè Quæstiones, quas Authores passim suis in Tractatibus movent, aut promonent, singulis ipsius decretis fideliter distribuit; quod quamplures pro-